



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Severinus Boetius. 23. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

## S. SEVERINUS BOETIUS.

23. Octobris.

IPsum oculi tui Musarum ocellum BOETIVM vident, cui vel hostis Theodoricus rex testimonium hoc dedit, omnes omninò sciētias unum complexum fuisse, ut jam Græciæ Roma nec Ptolemæos, Nicomachos, Euclides, aut Archimedes, nec Pythagoras, Platones aut Aristoteles invideret. Tot tamen ætatum miracula unico ingenio clausa extinxit idem Theodoricus, furiis Arianorum (quos stylo BOETIVS confoderat) agitatus. Cæterum clientem suum in ipsum carcerem usque Musæ sunt secutæ. Nam & in hoc librum *de Consolatione Philosophia*, & alterum *de Trinitate* ad focerum Symmachum scripsit, virum itidem eruditum & Consularem, quin in eadem causâ piè pòst mortuum. Et BOETIVS quidem resectum caput utrâque manu memoratur humo sustulisse, interrogantiq̃ue per inurbanū jocum, à quo percussum se existimaret, feriò, *ab impiis*, respondisse; inde progressus in templum demisisse in genua sese, ac preces inter caput arâ, animum cælo deposuisse. At Symmachus gladio & ipse cæsus suum socii q̃ue caput abundè fertur vindicasse. Siquidem cœnanti Theodorico portentosi p̃ncis caput appositum Symmachi ajunt imaginē induisse, hianti q̃ue ore & dente minitabundo ita perterruisse, ut metu morte q̃ue rigens infelicem animam in ollas (quemadmodum S. Gregorius refert) Vulcani exspiraverit, tunc etiam multis deflens innocentum Martyrum necem. Sed & hodie Musæ BOETIVM SYMMACHVM q̃ue flerent, nisi in his oculos suos amisissent. *Ex vitâ Boët. & Bar.*

Y 7

Quanta

*Quanta est mentis occupatio in appetitu terrena gratia? & quantus est timor, ne hæc eadem gratia perdatur? Perpende ergo qua pœna sit aut prosperitatis desiderio fatigari, aut adversitatis timore pavescere? S. Greg. l. 6. Regist.*

## S. MACARIUS ROMANUS CONF.

23. Octobris.

**B**ellè Veneri illufit MACARIUS, cùm nuptiali in thalamo fponfam reliquit, & Raphaële comite in ultimas folitudines caftitatem afportavit. Ibi dum antrum fubit, in geminos catulos & ponè accubantem exanimem lænam offendit. Hanc igitur tumulo infert, catulos de fuâ mensâ alit educatque. Crescunt illi, & à nutritii fui collo innoxii pendent, blandientem lambunt, arridenti adrugunt blandum. O femper tutior inter feras, quàm non dicam inter mulieres, fed mulierum etiam umbras virginitas! Prodit foras MACARIUS, ftrophium reperit è findone, è ferico calceolos. Quid agis, MACARI? Vifcum mitte. audit allacrimantem malis fuis vocem. Ah aures obtura! Sirenem audis. Videt mulieris formam omni fimulachro emendatiorem. Eheu oculos claude! Scorpionem vides. Ecce tecto recipit. Superos testor, MACARI! vivam lænam introducis, qui mortuam extulifti. Quid multis? triumphato hofpiti in fumos abit dæmonium, in lacrimas MACARIUS, in fugam leones. Quin ipfe quoque fe fugit; fed obiftit bonus ductor Raphaël. Ergo in genua & preces fe abjicit, xl. ipfos dies jejunus. Tum verò conciliatos Superos, primùm leones reduces, deinde multa lux cælo allapfa, tum gratantium Angelorum voces, demùm Christus ipse